



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

VIII. An omnis Sacrarum Imaginum cultus fuerit semper illicitus?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

**H**i adeò depuduerunt Magdebur-

genses, ut ipsos met mendaciorum  
suorum vel memores esse piguerit.

1. Ecce Cent. 6. dicunt Reliquiarum cultum post  
annum Christi 500, cum templorum creatione co-  
pissè:

AT Cent. 5. c. 7. cœptum ante annum  
500.

2. Cent. 5. c. 6. & 13. à Christo ad usque annum 300.  
nihil vñquam reperiiri de cultu reliquiarum:

AT Cent. 4. ante Iuliani Apostatae re-  
liquias S. Andreae & Lucae Cōstantino-  
polim honorificè translatas esse faten-  
tut. Cent. 2. c. 3 referunt reliquias S. Po-  
lycarpi cremadas ab ethniciis perauide  
surreptas à Christianis. Quid, quod, te-  
ste S. Greg. l. 3, ep. 3. cæla S. Petri & Pauli  
Corpora eorum ciues ex v. be translata-  
turi, diuinus tuerint impediti? Otbiscum  
nihil Vrbiumque Vrbi debebantur.

3. Cent. 4. c. 8. Dicunt recte & piè Vigilantiū hæ-  
resieham contra Reliquias te ipsisse: & S. Hi-  
ronymus ab S. Gregorio nota i de immodestia aduersus  
Vigilantium.

AT Erasmi Rot. ea est ad Hierony-  
mum adspersa Nota critica, an cynica?

4. Cent. 5. c. 6. aiunt: Augustinus de reliquijs Stephano-  
nib[us] superstitiosum cor eius sum ad eas in Africam  
usque factum, dementatu populu quibusdam ILLVSIO-  
NIBVS, que promiscuū habita sunt.

AT vera prædicat MIRACVL A S.  
Aug. l. 22. Ciu. c. 8. quæ sacrilegè dicun-  
tur ijs Illusiones.

5. Cent. 5. c. 15. Reliquias Martyrum contempsas ab  
Ethnicis fuisse, & in eo melius sensisse ipsos, quam  
superstitionis Christiani. Quam e:nsuram affingunt  
Theodoroto 18. de Martyribus.

AT in eo contrarium est.

6. Cent. 4. c. 13. Diabolum, aiunt, ex industria obmu-  
tuisse in Oraculo Apollinis, ob vicinas reliquias S. Ba-  
by & Martyris, ut ab eum translatione ordiretur o-  
minus reliquiarum venerationem.

AT contrarium omnes Scriptores:  
& vixdum translatus fuit S. Babylas, iam  
continuo igne cœlitus lapso perijt A-  
pollo, &c.

7. Cent. 6. in prefat. Cœpunt semicorrosa ostia Co-  
tri inuocari, Diuino honore affici.

CALVINVS, de necessit. reformandæ Eccl. Ne se-  
lum Santos Christi loco adorant, sed etiam eorum off. , ve-  
ster, calceos, & simulacra.

AT quis vñquam sensit aut dixit Orthodoxus; Sanctare reliquie, orate pro me:  
Longe inferiore gradu veneramus eas,  
quam Sanctorum Animas? Sat seipso  
refutant Magdeburgenses ipsi sibi con-  
trarij, ut liquet ex allegatis. Cætera ex  
Antichristop. 1. q. 23. ex Luthero-cal. p. 1. q.  
78. ex Mendace Antipap. p. 1. q. 7. repetere  
licet.

### QVÆSTIO VIII.

An Sacrarum Imaginum Cultus omnis  
fuerit semper illicitus?

**L**VTHERANI & maxime CALVINTIANI illi-  
citissimum atrociter contendunt: sed &  
quidē mendaciter propugnant. Quia vero nos  
respondemus ijs; simulacrorum cultū ceu Diis  
præstrium, solum inhiberi: idcirco Caluinus  
Inft. l. c. 11. §. 9. 10. docere laborat, Iudeos ac Gé-  
tes in idolis suis Deum verum coluisse; & ta-  
men reprehendi: quanto magis Sanctorū culto  
res coarguendi: De Iudeis probat, Exod. 32. Ipsi  
sunt Dñi tui Israël, qui reduxerunt de Aegypto. Iud.  
17. Vou Domino nro. argenteos, ut faciam sculptile.  
De Ethniciis probat. 1. Quia hi respondet apud  
Aug. in Ps. 113. se non idola, sed Numen colere  
in idolo: Ideo simulacra mutabant, non Deos.  
2. Quia duo Constant. Concilia, & Francofur-  
dianum statuerunt abolendas imagines esse. 3.  
Quia Conc. Nicænum refutatum est à Princi-  
pe, decernens iconibus eum cultum, qui Tri-  
nitati defertur. 4. Quia Patres arguant hæresi-  
os eos, qui Christi & B. Virg'nis. &c. celebant i-  
magines. 5. Quia Ezechiel, 1. Reg. 18. se pentem  
aneum confrigit ob cultum eius idololatricū.  
6. Quia erroris occasio, ut inesse diuinitas ima-  
ginibus putetur. 7. Quia imago incapax hono-  
ris est. Hi arietes eorum.

AVTOR. AT omnino siculnei.

Kk

AD



AD I. Tantum quinques mentiuntur in uno. 1. Quia ipsam et idola vocarunt Deos & coluerunt: sic ipse Caluinus Inst. 1.c. II. §. 10. sibi contrarius, ex Exod. 32. Fac nobis Deos. &c. Dan. 5. Ethnici bibebant vinum & laudabant Deos suos aur. arg. aereos. &c.

2. Iudei in Vitulo Deum verum coluerunt: AT contrarius Caluinus est Scriptura. Deut. 32. Deum, qui te genuit, dereliquisti. Iere. 2. Ambulauerunt post vanitatem, & non dixerunt, Vbi est Dominus.

3. In quoque idolo Iudei venerabantur Deum Verum.

AT falsum. Quia in Vitulo solo, non in oue. &c.

Et Ios. vls. Optio fit eis idolorum. Et 3. Reg. 18. Usquequo claudicatis? Si Dominus est Deus, sequimini eum: Si Baal est Deus, seq. quimini illum.

4. Caluinus. §. 9. Nec ita stupidi credendi ethnici: ut non intelligerent Deum alium esse, quam ligna. &c.

AT falsum hoc. Quia verè credebat lignea idola esse ipsa Deos, quod loquerentur. Vnde labor prophetarum erat docere non ipsa Deos esse. Barne. 6. Act. 9.

5. Calu. § : 0. Prophetæ Iudaïs & Gentilibus fornicationes cum ligno. &c. exprobabant, tantum ob ea, que quotidie ab ijs sunt, qui Christiani haberivunt. Nempe quod Deum in lapide. &c. carnaliter venerarentur.

AT falsum hoc. Nam Iudei, Exo. 32. & Gentes, 1. Cor. 10. immolabat idolis: Christiani vero nequaquam statuis immolant; Nec in ijs diuinum quid inesse putant. &c.

AD II. Duo ea Conc. fuerunt illegitima; quia contra ea est Nicænum Conc. I. Et reiciuntur ab omnibus. Id-

eo per Conc. Nicænum H. eis derogatum est. Et eadē fanciunt quædam, que Lutherio caluinistæ damnat: ut cultum Sanctorum & Iauocationem; meritorum operum. &c. Cōc. Franckofidianum vero non est vñquam approbatum; Id tamen reprobauit Synodus VII. falsam quæ decreuerat imagine adorandas esse.

AD III. Id producunt ex libris Catilinis, qui sunt Carolo afficti. Nam vno Carolo Imp. iconomachi nec mutatis fuerunt. Et Caroluscum Adriano Papa fuit coniunctissimus.

AD IV. Etrece arguunt.

AD V. Sanctè zelauit contra veram idolatriam.

AD VI. Ideo quædā imagines honorantur præ alijs qui Deus plura per illa miracula facere dignatur: Aut quibz Sanctiore facta, ut à S. Luca, Nicodemo. &c.

AD VII. Imagines non sunt honori capaces per se, sed relative honorantur atque ita etiam sanctæ dicuntur. Causa nostræ confirmationem. Vide in meo Lutherio-cal. p. 1. q. 80. In Antichristo q. 24. In Genealog. p. 1. q. 2.4.

QVÆSTIO VIII.  
Quæ de TEMPLIS FESTIS QVÆ vident mendacia?

I. LUTHERANI Magdeburgenses Cont. 4. c. 4. q. 6.  
Et CALVINVS Inst. I. c. 11. §. 7. Confliguntur signi Cruciis saeculo IV. non um fuisse.

AT illius meminit saeculo altero Tet. I. de corona militis.

2. Cent. 7. c. 6. Mentiuntur Sergium Papam fuisse primum auctor, ut Crux adoraretur. & exsculetur.

AT Sergius sedit anno 688. Et Eugenius l. 4. c. 26. istius meminit, plus centum annis antiquior Sergio: itemquod

H.